5804

M: Danilowicz et Lÿkowski mutuo Roborant.

999

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensis Comparens personaliter Magnificus Nicolaus a Zurow Danilowicz Pocillator Regni Hrubieszoviensis Capitaneus ab Una, et Generosus Stanislaus Żykowski parte ab altera. Sani mentibus et Corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum modernum attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et vicissim Una pars alteri, ac posteris utriusque partis se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque quibusvis pecuniis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus: Intercisam certam inserte Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Premysliae die Vigesima quarta Februarij Anno praesenti confectam et conscriptam, Manibus sui Recognoscentis propriis ab utrinque subscriptam: In omnibus et singulis eiusque Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadijs, ligamentis, ac nexibus generaliter Universis, firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter

observare omnibusq et singulis eius contentis tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam praefatam, ad Inscriptionem praesentem robo-ratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam, ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo: idq sub vadio summae Quatuor Millium et Sexcentorum florenorum polonicalium per partem parti, cum successoribus utriusque partis, ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae non completa complenda, citata ex tunc inviata pars una, praemissa non tenens, suive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex tunc recessu suscepto, quo ad respondendum specialiter mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusq terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem etiam vltra praemissos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis

terminos, dilationem sibi non requirendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earumque executiones faciendo, ac omissa omnia quibus singulibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris, Exceptione Terrestri, bello, Contentioneque, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eludendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad Acta praesentia mediante.

Czaykowska et Paclawska Luckiemu Cedunt

Comparentes personaliter Coram Officio, Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Marina Virgo, et Anna, Nobilis

199 Hrehorij Paclawski Consortis legitima, Nobilis olim Iwani Czaykowski Korkowie, cum Nobili olim Catherina Barbynska Consorte eius legitima procreatae Filiae Czaykowskie Sorores interse germanae: Sanae mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus quibusque suis quibusquis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quaelibet illarum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipsae, et quidem supra Nobilis Marina Czaykowska Virgo cum authoritate et assistentia Generosi Michaelis Baranrecki, et Nobilis Hrehorij Paclawski, Amicorum suorum, praefata vero Nobilis Anna Paclawska cum eiusdem mariti sui, uti Tutoris coniugalis personali authoritate et assistentia atque ultroneo ad infra scripta recognoscenda Consensu